

1328 aug. 23.

igitur occupantes quendam montem iuxta locum, qui
 Cassileum³²⁾ vocatur, castra cum suis in eodem mon-
 te firmaverunt. Quadam autem die castris regis
 stantibus in quiete agmina Flandrensium passim
 de monte silentio et absque tumultuatione descenden-
 tia castra regis bellice invaserunt. Sed mox exercitu
 regis commoto concurrentes ad arma, inter quos
 primus fertur fuisse comes Hollandie cum suis, di-
 ctum vulgus instabile atrocis ferri acumine repellen-
 tes, omnes in fugam ad dicti montis presidium re-
 trocedere compulerunt, ubi de ipsis Flandrensibus re-
 feruntur plusquam 6000 occidisse.

Post illam Flandrensium stragem infra paucos
 menses commissum fuit bellum cruentum inter
 Adolphum episcopum Leodiensem et populum civi-
 tatum et villarum suarum insurgentium ex lon-
 ga rebellionis consuetudine contra ipsum, ubi as-
 sistente dicto episcopo comite Gelrensi et nonnullis
 nobilibus et militaribus viris de partibus Bruni victoria
 cessit episcopo et suis in loco, qui dicitur Hasselt³¹⁾, iuxta
 Traiectum, ubi similiter plusquam 4000 hominum occiderunt.

Circa haec tempora in mense octobri quodam die celo
 omnino sereno absque pluviae et nubium commotione
 circa meridiem a regione occidentis irruit subito turbo
 (jat. cod. x) Hasselt cod.

32) Cassel.

1) Bellum Leodiense in Hasselt in
 marg. cod.
 margin

f. 1335. Hgl. Rotom.
 Chronicon 2, 22-